

Per cuius in fine libr. 3. cum respondit plura indicia si-  
miliungi ad plenè probandum. Idem scriperunt An-  
gel. in l. non est verisimile, in fine. ff. quod metus causa.  
Aret. in conf. 62. col. 2. in fine. Rom. in confil. 54. in fin.  
Io. de Ahan. confil. 47. col. 1. Barbat. in rubr. ext. de pro-  
bat. col. 4. ver. quod probatur. & in ca. vlt. de successi. ab  
intest. Calcan. in confil. 76. col. 1. Soc. Sen. in confil. 89.  
nu. 2. lib. 1. Curt. Sen. in l. admonendi. num. 201. in fin. ff.  
de iureur. & Crauet. in confil. 73. n. 19. & clare in conf.  
158. nu. 11. Vetus tamen est Craue. in d. confil. 73. nu. 9.  
loqui de præsumptione iuris, de qua dubitandum non  
eset, vt supra admonui. Horum interpretū assertio com-  
probatur doctrina Butrij & Calderini in ca. veniens, il  
1. de testib. ac Oldradi, & Nicolai de Neapol. in l. 2. ff.  
de excusa. tut. quos recentef las. in repet. l. admonendi.  
nu. 213. vers. alia & tertia. ff. de iureur. Cum dixerunt,  
præsumptiones faciliter simul iungi quam probationes,  
de quib. t. quidem probationibus simul iungendis dice-  
mus infra in sequenti questione. Ea est huius sententia  
ratio, quod omnes haec præsumptiones ad eundem finem  
tendunt, nepe vt iudex, ad rei cognitionem, & fidem ad-  
hibeat uixta l. quinquaginta. ff. de probat. ad quem sa-  
ne finem est probatio plena, & perfecta simul, ergo de-  
bent iungi præsumptiones plures.

Secundus est casus, cum agitur de causa ciuili ardua t  
seu magni ponderis, utputa de toto aliquo patrimo-  
nio. Nam tunc haec præsumptiones non coniunguntur. Ita  
sensit Bald. in l. vlt. n. 8. verl. quadam est probatio. C. de  
prob. & in c. veniens, num. 7. extra de testibus, & aper-  
tius docuit Caccial. in l. admonendi, num. 207. ff. de iu-  
reut. Hinc dicimus, q. in causa matrimoniali, cum agi-  
tur de illius separatione, duæ t. præsumptiones, vel plu-  
res non coniungitur ad faciendam plenam probationē,  
ita respondit Alexand. in confil. 143. nu. 4. libr. 2. quem  
secuti sunt Dec. in confil. 133. num. 3. & in confil. 310. col.  
1. & Gratius in confil. 38. nu. 2. libr. 2. cum dicunt, in causa  
dissolutionis matrimonij, non coniungi probationem ex  
vno teste cum fama, quæ due præsumptiones sunt. Cum  
verò agitur de matrimonij confirmatione, t. & validitate  
te, plures præsumptiones connecti possunt ad constitue-  
dum plenam probationem, ita respondit Barb. in confil.  
6. col. 1. lib. 1. Ita pariter dicimus plures præsumptiones  
posse coniungi ad probandum aliquem t. esse filium, vt  
scripsi lib. 2. de arbit. iudicium, easu 89. num. 65. Quæ sa-  
ne plures præsumptiones non possunt coniungi ad pro-  
bandum quem non esse filium. Ea est huius casus ratio,  
quod causa ciuilis ardua criminali t. & equiparatur, ob  
præjudicij gravitatem, vt probat tex. in S. item propter  
item. in inst. de excus. tuto. & ibidem Do&.

Tertius est casus, cum agitur de causa criminali, vt ta-  
men solum accusatus inquiratur, vel vt questionibus  
subiectiatur. Hoc sane casu t. plures præsumptiones simul  
iunguntur. Ita in iustitione docuit Fel. in cap. veniens,  
il 1. n. 15. de testib. Et quod locus sit tortura, questioni-  
busque scripserunt Alex. confil. 63. in fi. li. 1. & in confil. 41.  
lib. 2. Fr. Brun. in tract. de indicijs, & tortura, col. 2. Soc.  
Sen. in confil. 54. col. 1. li. 3. Cepol. in confil. 32. n. 16. in cri-  
minal. & Gramm. in confil. 3. n. 6. in criminalib.

Quartus est casus, cum agitur de causa criminali, vt  
delinquens puniatur. Hoc in casu t. regulariter duæ præ-  
sumptiones non coniunguntur ad confiendum plenā  
probationem. Ita docuit Bal. in d. l. si quis ex argētarijs.  
S. 1. nu. 4. ff. de eden. quo loci scriptis, quod in his causis  
non sufficit unus testis de veritate, & duo de fama, sed  
etiam duo alii requiruntur de indicio. Ita etiam ipse  
Bald. in l. 3. S. eiusdem. ff. de testib. idem visus est sentire,  
cum dixit famam in his non facere probationem semi-  
plena, & cum altera non coniungi, idem respondit Ol-  
drad. in confil. 193. nu. 2. Quæ sane traditio comprobari  
potest ex his, quæ dicimus questione ab hinc secunda.

Declaratur, vt non procedat hic casus, quando t. plu-  
res præsumptiones cocurrunt. Ita sensit ipse Bal. in d. l.  
si quis ex argētarijs. S. 1. nu. 4. ff. de eden. & clarus Ate-  
tin. in c. veniens, il 1. col. 7. nu. 27. de testib. & in confil.  
13. col. 5. num. 9. Caccial. in l. admonendi, nu. 153. & ibi  
Curt. Sen. nu. 291. ff. de iureur. Gratius in confil. 58. in fi.  
lib. 2. Et hoc in casu intelligi, & declarari possunt tradi-  
tiones eorum, quos recentef Craue. in confil. 73. num. 19.  
confil. 134. nu. 39. & in confil. 178. nu. 1. nempè Baldi re-  
sponsum in confil. 364. Quia questio. col. 2. vers. proba-  
tio mitiganda. lib. 3. cum dixit, ex concursu t. præsum-  
ptionum præsumti delictum. Ita etiam declarat Ioan. de  
Ana. in confil. 49. nu. 3. qui dixit falsi crimen t. probari ex  
pluribus præsumptionibus. Quæ sane sententia multo  
magis procedit in illis delictis, quæ difficilis probatio-  
nē sunt, vt post alios respondit Craue. in locis supra alle-  
gatis. Nam tunc semper præsumptiones iunguntur, vt  
respondit Alexand. in confil. 24. num. 42. lib. 2. In casu  
tamen huius declarationis non imponitur pena sanguini-  
nis, sed sola pecuniaria, vt infra q. 88. explicabimus, cum  
traçabimus ad quam penam damnati quis possit ex so-  
lis præsumptionibus.

**Probationes dua imperfecte, que præsumptionem tan-  
tum faciunt, iungi an simul possint, ad constituen-  
dam plenam, & perfectam probationem, explicatur  
diligenter, & exemplis declaratur.**

#### S V M M A R I V M.

**Probationes dua semiplena, ad confiendam probationem ple-  
nam iunguntur in causa ciuili non ardua.**

**Probationes imperfectas in causis pupillorum simul iungi.**

**Confessio unico teste probata, quando non sufficiat, vt duo pro-  
bationes coniungantur.**

**Teste uno de veritate deponente, & duobus de fama, inferius  
semiplena probatio in negocio principali.**

**Idque procedit etiam, quando duo tantum extarent testes,  
quorum unus de veritate, & simul etiam de fama deponeret.  
num. 5.**

**Confessiones duo extra iudicium factæ semiplene probant, ideoq.  
simil iunctæ perfectam constituant probationem.**

**Quod quando non procedat declaratur. num. 7.**

**Probationes dua semiplena, ad constituentam probationem ple-  
nam non coniunguntur, in causa criminali, ad penam sanguini-  
nis irrogandam.**

**Testis unus in causis capitalibus, non iungitur cum fama ad co-  
stituentam plenam probationem.**

**Probationes duas semiplena coniunguntur in causa criminali,  
quando agitur ad penam pecuniariam.**

**Probationes duas semiplena non coniunguntur in causa ciuili,  
quam tam ardua est, vt criminali equiparetur.**

#### Q V A E S T I O X L I .

**Q**VAERO quadragesimoprimo, anduæ semiplena,  
seu imperfectæ probationes, quæ verè præsumptio-  
nes tantum constituant, iungi vna possint ad constitu-  
dum plenam, & perfectam probationem? Hec iuris que-  
stio tantum differt illa, quam secundo ab hinc loco  
supra explicauimus, quatum differt præsumptio à semi-  
plena probatione, qua de re egimus supra. Ea etiam ra-  
tione differt, quod difficulter videntur coniungi plures  
præsumptiones, vt docuit Butri. in c. veniens, il 1. col. vlt.  
de testibus. Quo autem hæc questio apertius à me tra-  
ctetur, ita aliquot casus distinguo, atque constituo.

Primus est, quando causa est ciuilis, nō ardua magni-  
que ponderis. Hoc in casu duæ probationes t. semiplena  
coniunguntur ad confiendum plenam probationem.  
Ita sensit glos. in l. 2. in prin. ff. de excus. tuto. in verbo, le-  
gitimis, cum à fortiori censuit, duas præsumptiones con-  
necti hoc in casu posse, vt explicauimus in questione  
ab

ab hinc secunda. Ita etiæ gl. in c. veniens, il 1. in verbo il-  
lorū. de testib. cū dixit famam iuncto teste plenè proba-  
re. idem sensit Bar. in d. l. 2. in princ. nu. 2. eod. tit. de ex-  
cus. t. & in l. admonendi, nu. 48. ff. de iureur. quo loci  
Ias. in repet. nu. 213. ver. quid tenendum, &c. afferit, hæc  
esse receptam opinionem. Et eo loci in hanc sententiam  
commemorat Spec. Butrium, Fulgosum, Castrensem  
Salicetum, Abbatem, & Alexadrem. Et his accedit Imo-  
la in confil. 38. nu. 3. in fin. Anch. confil. 276. nu. 4. qui re-  
spondit in causis t. pupillorum vt administratæ tute, &  
similius has imperfectas probationes simul iungi. Idem  
docuit Alb. in l. instrumenta. in fin. C. de prob. & respon-  
dit Alex. in confil. 24. nu. 4. lib. 2.

Exemplum primum adferri potest, cum duæ extant t.  
confessiones partis extra iudicium. Singulæ enim (vt di-  
ximus supra) semiplena probant, & ob id simili fungi  
possunt, vt plenæ, & perfectam probationem constituunt.  
Ita Castr. in confil. 92. in fin. & in confil. 381. Iudex. in fin.  
lib. 1. & in confil. 143. Viso processu, & attestationib. nu.  
3. lib. 2. Aret. in confil. 65. col. 2. vers. 2. quod Alex. in confil.  
53. col. vlt. n. 1. lib. 1. Curt. Sen. in l. admonendi, num. 193  
de iureut. Dec. in confil. 650. nu. 10. Curt. Iun. in confil.  
168. nu. 23. Paris. in confil. 57. col. pen. lib. 1. & Crauet. in  
tract. de antiqu. temp. quarta parte principali, in 3. parti-  
c. n. 18. qui nu. 25. post Alex. in confil. 180. col. 2. vers. 6.  
Et illis accedunt Castr. in confil. 381. Iudex. est. nu. 2. lib.  
1. Alex. confil. 143. n. num. 4. lib. 2. & in confil. 76. nu. 5. lib. 6.  
Soc. Sen. in confil. 89. nu. 15. vers. sed ad hoc. lib. 1. Cepol.  
la in confil. 3. nu. 10. in ciuilibus. Aff. decis. 12. in fi. Dec. in  
c. licet causam, nu. 7. & in c. cū causam, nu. 11. de prob. cū  
ait confessionem vno teste t. probatam non sufficere,  
vt haec probationes coniungatur. Quod sane exēplum in-  
telligitur, quando testis ille, qui de mutuo testimonium  
rulit, de mutuo re ipse facto, non aut de sola promissione  
attestatus est, ita declarat Bal. in l. si ex cautione, q. 2. C.  
de non nu. pec. & in l. Publia. S. vlt. ff. depositum securi-  
fuit Ias. in repet. d. l. admonendi, nu. 216. Corn. in confil. 13.  
in fi. lib. 1. in confil. 100. col. 2. lib. 2. & in confil. 153. colum.  
vlt. lib. 4. plura alia, quæ hac de re scribit Costa in d. l. si  
excutione, quæst. 12. hic, quia locus non postulat, non  
refero.

Secundus est casus huius questionis, quando causa  
est criminalis, & agitur ad penam sanguinis, hoc sane in-  
casu t. duæ probationes semiplena non coniunguntur  
ad faciendam plenam probationem. ita glos. in c. veniens,  
il 1. in verbo, illorum. de testibus. Gandinus in tracta. de  
maleficijs. sub rubr. de præsumptionibus, & indicijs in-  
dubitatis, ex quibus condemnatio possit sequi. colum. 2.  
vers. primò, quia. Baldus in l. si quis ex argētarijs. S. 1.  
ff. de eden. & in l. 3. S. 2. ff. de testibus. Caccialupus in l.  
admonendi, nu. 297. ff. de iureut. & ibidem Ias. in repet.  
n. 213. Dec. in c. cum causam, col. vlt. vers. 2. limitatur.  
de probat. Gratius in confil. 47. & in confil. 50. nu. 18. libro.  
2. Marsilius in confil. 10. n. 48. in Practica criminali. S. expe-  
rita, num. 77. Paris. in confil. 152. colum. 5. num. 24. & in  
confil. 169. nu. 43. libr. 4. Quibus constat, hanc esse magis  
receptam opinionem, et si ea dissentiant gl. in ca. dice-  
ssi. de vñs. Bart. in l. 1. S. idem Cornelio, num. 3. ff. de  
quæst. Alexan. confil. 24. nu. 41. lib. 2. Ita queque vide-  
mus quod in his causis capitalibus, t. vñus testis non iū-  
gitur cum fama ad constituentam plenam probationē,  
vt scribunt Butrius, Imo. & Fel. in d. cap. veniens, il 1. de  
testibus. & ibidem Dec. colum. penult. versic. secunda  
conclusio. Alex. in confil. 143. num. 4. lib. 2. Iason in confil.  
167. colum. vlt. libr. 4. Decius in confil. 133. num. 3. in cō-  
fil. 3. 10. nu. 1. & in confil. 429. num. 9. & Marsil. in d. l. de  
minore. S. plurimum. num. 88. ff. de quæstio. Quibus de-  
claratur traditio Francisci Bruni in tract. de indicijs, &  
tortura parte prima, quæst. 4. num. 3. Cum dixit haec in-  
dicia posse simul coniungi ad faciendam plenam proba-  
tionem, intelligi inquit debet, ad condemnandum ad  
penam pecuniariam, vt in casu sequenti, non autem quoad  
penam corporalem.

Tertius est casus, quando causa est criminalis, & agi-  
tur ad penam pecuniariam. Hoc sane in casu duæ t.  
semiplena probationes simul iunguntur ad constituen-  
dam plenam probationem. Quam sententiam probatur  
Hostien. & Ioh. Andrea, quos securus est Decius in ca.  
veniens, il 1. num. 14. colum. pen. versic. Et predicta cō-  
clusio. de testibus. & probatur à fortiori ex his, quæ dixi.  
Tomus Primus. D. mus

nius superioris questione, in ultima declaratione ultimi casus, cum diximus in causis capitalibus iungi quidem simul plures præsumptiones, sed tamen penam pecuniam indici tantum posse.

Quartus est casus, cum agitur de causa civili, sed tamen adeo ardua, ut criminali & equipare, sicut ex causa matrimonii, cum s. de dissoluendo matrimonio agatur, ut responderunt Dec. in cons. 3.1. col. 1. Par. in consil. 15. num. 13. lib. 2. Soc. Iun. in consil. 36. num. 6. lib. 2. & Cravetta in consil. 281. col. 3. vers. respondeo. Hoc sane in casu duæ semplene probationes non coniunguntur, ad constituendam plenam probationem. Ita affirmant Alex. in consil. 133. col. 1. & in c. veniens, il. 1. col. pen. verl. 2. ampliatur, de testib. Zal. in consil. 4. col. vlt. libr. 2. 11. Doret quando pater promittit, habetur ratio legitima quam dos representat.

Verbum, promitto, stipulationem significat.

Pater vel alius qui dotare tenetur, dotem promittens, arbitrio boni viri promississe censetur.

Promissio non dicitur incerta, quando potest certificari per relationem ad aliud.

Doret quando pater promittit, habetur ratio legitima quam dos representat.

Doret congruam habere mulieris interest.

Mulier sine dose apud maritum esse non debet.

Mulier dotem promittens, virum dando quid minimum se liberare possit?

**Præsumptio, quomodo & quando adiuuare possit probationem dubiam.**

S V M M A R I V M.

1. Præsumptio quo casu adiuuat probationem dubiam.
2. Adminiculum, vehemens adiuuat semplenam probationem.
3. Præsumptio iuris, coadiuat probationem dubiam, & non confidentem.

**Q V A E S T I O X L I I .**

**Q**VÆRO quadragesimo secundo, an præsumptio possit adiuuare probationem dubiam? Quo faciliter explicetur hæc juris questio, duos casus distinguo.

Primus est casus, quando versamur in his, quæ adeo difficilis sunt probationis, ut vera, & specialis probatio fieri non possit, sicut in filiatione. Hoc sane casu præsumptio & coadiuat dubiam probationem. Ita docuit Berous, in cap. in praesentia, num. 140. de probat. post. Decimum ibid. nu. 26. Hoc etiam sensit Bald. in consil. 3. Casus talis. Quidam Petrus, in f. lib. 3. cum respondit, vehemens admiculum & adiuuat semplenam probationem. Barbat. in consil. 29. col. 1. verl. stat ergo. l. 1. & Soc. Sen. in consil. 79. n. 44. l. 1. secundus est Bald. in d. consil. 3.

Secundus est casus, quando versamur in his, quæ facile, & regulariter probari possunt. Hoc sane in casu est aliqua dubitatio. Dec. n. 1. l. 1. in tercia lec. num. 66. ff. si cert. pet. & apertus in d. c. in praesentia, n. 26. de probat. scriptis, præsumptionem & iuris coadiuvar probationem dubiam, & non confidentem. Idem sensit Bald. in l. 1. siue possidetis, n. 6. in f. C. de prob. & in l. non hoc, col. vlt. C. vnde legitimus. Et hanc sententiam probavit, & Cravetta in consil. 58. in f. lib. 2. Ceterum de huius traditionis veritate ambiguitudo. In p. 143. de prob. dum singula Decisi argumenta cōsiderauit. Ego certe a recepta opinione non recederem, & quæ a Berou cōsiderantur levia satis, recte cōsiderant sunt.

**Præsumptiones plures, quando ex eodem factu inter se conuenientes, & ad eundem effectum vel diversè colligi possint?**

S V M M A R I V M.

1. Præsumptio una, quando re sit in consequentiā alterius, ambae simul concurrent possunt.
2. Specialia duo ex eodem factu proueniē, & stare posse, quando re sit in consequentiā alterius.
3. Præsumptiones plures ex eodem quidem factu ortae, quando si mul esse, & concurrent nequeant.
4. Baptizati cupiens graui morbo affectus, utrum diuino amore, vel mortis timore baptizari voluisse præsumatur.

estcasus in d. c. cum R. de ele. & in ca. literas. de præsumptum. Et alij plures possunt haberi ex his, quæ scripsimus sup. in d. quest. 30.

Tertius est casus, quando ex diuerso facto, duæ diuersæ præsumptiones ad eundem finem tendentes oriūtūr.

5. Hoc sane casu, & oriri & simul stare possunt, sicut de duabus fictionib. ex diuerso fonte prouenientibus, scripsierunt Bart. in d. l. si is, qui pro emptore. n. 7. ff. de vscap. idem in l. getit. nu. 35. ff. de acq. hæt. & in l. sub conditione. n. 3. ff. de solut. Alex. in d. l. si aliquam rem. num. 21. ff. de acq. pos. Crottus in d. l. si is, qui pro emptore. n. 188. & ibidem Alcia. nu. 130. qui sic sunt interpretati l. singulari. ff. si certum pet. Idem ergo de præsumptionibus proculdubio dicendum est. Et nos sup. qu. 41. demonstrauimus duas præsumptiones cōiungi posse simul ad constituendam perfectam probationem.

Quartus est casus, quādo duæ præsumptiones prouenient ex eodem fonte, & facto, & diuersos habent effec-

6. tus. Hoc sane casu & concurrere non possunt. Ita in spe-

cie duarum præsumptionum respondit Ruin. in d. consil. 151. nu. 15. lib. 4. Cum dixit, quod ex diuina pensionis præstatione, sumi non possunt duæ præsumptiones, népe quod locatio præsumeretur facta in perpetuum, & q. solemnitas extinseca fuerit obseruata, atque ita quod

Prælati licentia præcesserit. Idem Rui. in consil. 29. nu. 4. lib. 4. respondit simili in casu, de quo dicemus infra lib. 3. in præsum. 132. in octava declaratione quinti casus. nu.

81. & simile idem Ruin. in consil. 32. nu. 1. in fin. l. b. 4. qui de citatione præsumenda commissione indicis respon-

dit, de qua dicemus infra li. 2. in præsumpt. 24. Quā sen-

tentiam confirmat Ruin simili traditione Bar. in l. iuri-

singulium. §. quinimo. & in l. si tibi. in prin. ff. de pactis,

qui scriptū reliquit, q. licet ex pacto nudo, de donando,

7. f. hodie oriatur actio. l. si quis argentū. C. de don. Cū is

si promittens, præsumatur vere voluisse donare. Atta-

men illud verum est quando pactū fuit expressum, fecus

verò si tacitum, quia cōcurrerent duo specialia, seu duæ

præsumptiones. Vna, quia donatio præsumeretur contra regulam l. cū de indebito. ff. de prob. Altera q. pactū

nudum produceret actionem, ex præsumpta mente pro-

mittentis, contra l. iuri singulium. §. igitur nuda. ff. de pa-

citis. Et Bar. secuti sunt Alex. & alij congesti à Decio in

rubr. C. de pactis. n. 4. & in consil. 246. in fi. & a Purpura-

to. l. rogasti. §. si tibi. nu. 64. ff. si certum petat. & magis

simile est quod scripsit Bald. in d. l. quicunq. numer. 4.

C. de apochis publ. lib. 10. cum dixit solutionem penso-

nis factam vno anno pro tribus non inducere duas præ-

sumptiones, vnam. l. quod soluerit annis præteritis, al-

terā præstations fuisse uniformes. Quia de re dicemus

infra li. 3. præ. 139. nu. 26. est etiam simile quod respon-

dit Hier. Gab. in consil. 145. nu. 7. libr. 1. de quo dicemus

infra lib. 6. præ. 67. vbi differemus, an quis præsumat pos-

sideret titulo præambulo.

Afferti etiam solet exemplum in l. 1. C. de dotis pro-

miss. quam recente ad nostram Alex. in d. l. si aliquam rem. nu. 21. de acq. posse. & Ruin. in d. consil. 15. nu. 15.

Illa enim promissio dotis, de quad. l. 1. ob id non val-

let, quia duo specialia, id est duas præsumptiones concur-

rent. Vna quod ex eo instrumento, in quo dos fuerat

promissa, præsumeretur stipulatio, sicuti qn̄ exprimitur

8. in instro verbum, promitto & quod significat stipulatio-

nē. l. 1. C. de vñris. & §. si scriptum. in Inst. de inut. stip.

Altera præsumpto est, quod voluerit es promittens dom-

tem incertam præstari. Ceterum semper existimauit d.

1. l. C. de dotis promiss. non probare cōem hanc assertio-

nem, duo specialia simul concurrent non posse. Non. n.

ibi concurrent duo specialia, vt recte animaduertunt

Alex. in l. sciendum. n. 4. de verbor. oblig. & alij quos sta-

tiū referam. Nā ibi dos non fuerat promissa pacto nūdo,

sed stipulatione, vt significat verbū illud, promis-

to, quod sui natura importat stipulationem. d. §. si scri-  
ptum. Alex. in d. l. sciendum. n. 2. & ibid. l. a. n. 5.

Dos itaque illa non fuit debita, quia quantitas incer-

ta fuerat promissa ab ipsa muliere, quæ nuperat. Ita in-

terpretati sunt Soc. Sen. in l. 1. nu. 52. Alcia. nu. 14. ff. so-

lut. matrim. Duaren. lib. 1. disputa. anniver. c. 56. & Cō-

na. lib. 8. commentar. iuris c. 8. nu. 5. Nec repugnat text.

in l. cum post. §. gener. ff. de iure dotū, quia ibi dos fue-

rat promissa à patre ipsius mulieris. Ratio differet est,

quia quando pater, vel alter, qui dotare tenet, dotem

incertam promittit, censetur facta & promissio arbitrio

boni viri, qui quidem vir bonus declarauit dotis quanti-

tatem, inspectis viribus patrimonij, qualitate mariti ac

vxorū, vt dī in dic. §. gener. Ita etiam intelliguntur l.

quaro. ff. de iure dotū, & l. si filia. ff. de lega. 3. Et hæc

dotis promissio dici non potest incerta. Cum satis cer-

ta reddatur per relationem ad aliud, nempe ad quanti-

tate patrimonij, & qualitatē personarū viri, & mulieris.

10. Id quod cōe & est alijs contractibus, in quibus dici nō

potest facta promissio incerta, quando potest certificari per

relationem ad aliud. l. triticum. vbi Doct. de verbō ob-

l. Diuersum est in casu d. l. 1. C. de dotis promiss. quan-

d. ipsamet mulier nubet, & dotem incertam promittit.

Hoc casu (dicunt præcitat Doctores) promissio non va-

let, quia mulier posset se, vt vellet, dotare, atque ita dan-

do rē minimā se ab obligatione liberaret. Horum interpre-

ationem, conciliationēque optimè probat egregius

locus Constantini Harmenopoli in iuris promptuario

l. 4. tit. 8. de dotis prærogativa, cuius verba hęc sūt. Si

spoponderit mulier dotem dare, non adiecta quantitate,

vel re certa expressa, quæ in dotem detur, inutilis est

eiūmodi dotis promissio, vt pote cum possit mulier, vel

vilissimum quidpiam dotis nomine exhibere. Alia est

causa patris dotē pro filia pollicentis, qui & si quantita-

tem dotis non præfinierit, rata tñ est, & valida promis-

so. Hoc. n. cum dicit pater, non se quātamlibet dotem,

sed quā facultatibus par sit daturum indicat. Hacenus

1. Harmenopulus. Et accedit, quod quando & pater dotem

promittit, ratio legitimē, quā dos representat, habetur,

atq. ita quodammodo certa est, diuersum, in muliere, p-

mitente, & rufus, quando vt præcītato in loco dicebat

Connanus mulier promittit, sua interest promittere q̄

minimū. Diuersum est in patre, vel alio promittente, nā

12. tunc mulier & interest habete dotem congruam. Est &

altera ratio secundum Alciatum, quia etiā hæc incerta

promissio non valet, poterit ipse maritus cōpellere mu-

lierem ad constituendum sibi dotem congruam, cum

13. apud ipsum maritum esse & non debeat sine dote, vt do-

cuit Bal. in l. vlt. C. de sent. quā sine certa quant. Quod

secus esset, si nil de dote prorsus fuisse dict